

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Dissertatio Medico-Practica Inauguralis. De Morbo  
Maculoso Hæmorrhagico Werlhofii**

**La Faille, Jacob Baart de La Faille, Jacob Baart de  
Groningae, MDCCXCIX.**

**VD18 13387421**

Caput III. Curatio.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8951**

gnum, symptomatibus reliquis incrementibus, adveniant, & syncope frequens, leipothymia, ac convulsiones accedant.



C A P U T III.

C U R A T I O.

§. 33.

Ex iis, quæ de natura hujus morbi diximus, facile intelligitur, quod, prouti diversimode de causa proxima opinati fuerint Auctores, diversas quoque curandi indicationes sibi proposuerint.

Cl. WERLHOF in hocce curando morbo extollit remedia acida cum anodynis, ut humorum dissolutio impediatur, & fibrarum irritatio, motusque inæquabilis emendetur; emulsiones seminum frigidorum, papaveris etc. cum pulveribus gelatinosis & nitrosis, gummoso — mucilaginosi & potu lacteo, si acida omittantur, adhibuit; si inflam-

flammationis indicia non adsint, corticem peruvia-  
nem propinandum esse, contendit. Acida primis  
diebus, mediis emulsiones, postremis corticem,  
quum, declinante morbo, exhausto nimium corpo-  
re, roboratio magis requireretur, in isto casu ad-  
hibuit (90).

Doct. GRAFF primo alvum leniter subducentia,  
uti tinct. rhabarb. cum terr. foliat. tart. &  
fyr. de cichor. cum rheo, dein elix. acid. Dip-  
peli cum fyr. papav. in usum vocare placuit (91).

DUNCANUS ad corrigendum putridum sangui-  
nis statum præscripsit cort. peruv. & spir. vitri-  
oli (92).

FERRIS simul cum potu resiciente e succo ci-  
tri, malis aurantiorum, vino aqua temperato, cort.  
peruv. cum rad. serpent. virg., spir. vitrioli & fy-  
rup. diacod. præcepit (93).

GUILBRAND in casu desperato purgantia,  
postque alvi ductionem cort. peruv. cum vino &  
spir. vitrioli exhibuit (94).

KLINGE ad sanguinem solutum compingenda,  
& vires vitales excitandas cort. peruv. cum

G 2

e-

- (90) WERLHOF l. c. pag. 541. in not. 65.  
(91) Diff. Cit. pag. 6.  
(92) Lib. Cit. pag. 74.  
(93) Lib. Laud. pag. 84 & seq.  
(94) Lib. Cit. pag. 172.



elix. vitr. ad moderandum sanguinis ex ore fluxum, decoctum calam. aromat. cum alumine & aceto pro gargarismate dedit, & simul ad alvum blande laxandam serum lactis cremore tartari paratum cum vino pro potu communi præscripsit, cum quibus scopo nutriendi & roborandi juscula carniū marerarum cum succo citri propinavit (95).

Cl. REIL interne adstringentia, præcipue alumen cum cortice peruviano, succo catechu, gumi e kino, & collutoria similia adstringentia ex alumine, cortice quercus, rad. bistortæ agris obrulit, dum corpus aqua frigida, aceto combinata, lavari iussit; diætam quoque nutrientem, animalein e carne, ovis, jusculis cum vino huic fini propinavit (96).

Tandem Doct. CONSRUCH morbum pro scorbutico symptomate habens decoctum rad. rub. tinct. cum rad. calam. aromat., & spir. vitr. diluto, diætæque antiscorbutica adhibuit (97).

(95) HUFELAND Journ. d. pract. Heilk. Tom. V. Part. I. pag. 187.

(96) REIL Lib. Laud. a pag. 209 ad 215.

(97) HUFELAND Journ. d. pract. Heilk. Tom. VII. Part. II. pag. 21.

§. 34.

Si meam de hujus morbi curatione mentem liberare dicam, nullam puto *Morbi Maculosi Hæmorrhagici* directam adhiberi posse curationem, id est, talem, qua morbi causæ e directo obexponitur, atque hæc curatio indirecta morbo nostro cum quolibet alio exanthematico communis est. In variolis quippe, morbillis, scarlatina, erysipelate, &c. ipsam morbi causam tollere directe non possumus; sed symptomata mitigare, effectus noxios præcavere, & complicationum noxas prævenire, hic Medici officium absolvunt. Curatio hinc varia est pro diverso subjecto, & diversis ægrogorum rationibus.

§. 35.

Morbus enim noster, quemadmodum evidenter docet casus hujus dissertationis tertius, complicari potest cum sordibus abdominalibus & statu vasorum plethorico; hinc laxantia & venæsectio, qua sanguis, floridus, nullatenus dissolutus, eductus fuit, summo cum levamine fuerunt celebrata; dum maculæ ipsæ una cum hæmorrhagiis, sponte, absque ullo artis auxilio, quemadmodum illud in



aliis exanthematibus benignis fieri solet, evanuerunt.

Quodsi alios, qui hunc morbum tractarunt, Auctores consulamus, videbimus, quod, ubi indicia faburræ in primis viis adfuerint, eandem absque ulla prava sequela per blanda laxantia eduxerint.

Raro autem tanta obtinet felicitas, ut hic morbus solis naturæ viribus devinci possit. Vidimus enim, quod plerumque debiles, cachectici, male nutriti, scorbutici, infantes, feminae effetae, succis acribus scatentes, hoc morboprehendantur.

Utrum hujus acrimoniae pars per criticam naturæ operationem expellatur, quemadmodum illud probabiliter locum habet in erysipelate, an vero vires vitales pessumdentur nimia laticis vitalis evacuatione, tanquam effectu morbi, mihi dubium, atque obscurum manet; illud saltem multiplici constat experientia, quod hæ complicationes vel effectus, nisi debite compescantur, & intra suos contineantur limites, multum præ se ferant periculi.

Si igitur adfit complicatio scorbutica, uti saepe observatur apud pauperioris conditionis infantes, optime conducunt antiscorbutica, non vero illa calida, uti cochlearia, armoracia & nasturcina, nimis sanguinis circulationem incitantia, quæ scor-

buto frigido vulgo obicem ponunt, sed talia, quæ modice fibram relaxatam compingunt, perspirationem promovent, & tamen refrigerant, uti lappathum acutum, rad. britannicæ cum tamarindinatis, &c. Huic fini quoque optimo cum effectu illæ conveniunt potiones acidulæ, serum lactis tartarifatum, succus citri, ribium, mororum, aurantiorum, herbæ acidulæ & similia, quæ a FER-RISIO, CONSRUCHIO, Aliisque commendata sunt.

## §. 36.

Maxime autem hic cogitandum est de effectu deleterio ipsius materiæ, vel partim retentæ, vel etiam e superficie corporis, aut receptaculis resorptæ, in quibus degeneratus & putrescens sanguis stagnat. Quodsi enim materia variolosa, morbillosa, petechialis, acris & corrupta ex ulceribus, vel plagis gangrænosiss absorpta, non tantum sanguinem tenuem reddere, dissolvere & degenerare, sed etiam febrem putridam facile creare solet; unde primum est concludere, illud idem in nostro morbo accidere. — Conveniunt igitur ad hosce prave effectus præveniendos illa, quæ solida corroborant, absorptionem impediunt, sanguinis

CRA.



crasin emendant, excretiones augent ferofas, vim vitæ excitant, unde ufus acidorum mineralium egregius, cort. peruv., rad. valer. sylv., serpentariae &c. tanquam roborantia & antifeptica, facile intelligitur. Opium parca & repetita dofi a FER-  
RISIO, HUFELANDIO, Aliisque adhibitum tanquam cardiacum & antifepticum, fi prudenter propinetur, hic cum fructu administrari potest.

## §. 37.

Tandem cum corpus debile, in quod vulgo hicce morbus cadere folet, tantam fanguinis jacturam, quanta in hac ægritudine obtinet, non impune ferat, fed summus collapsus, virium insignis jactura, humorum depauperatio, folidorum torpor & agendi impotentia, secretionum defectus exin neceffario profluere debeant, ita ut nifus in humoribus putridus in corpore dominium acquirat, & tandem ex hac fola caufa febris putrida oriri debeat, urgens, progrediente morbo, indicatio fit, ut huic ponatur obex.

Non tamen vel ideo ftatim fortiora adstringentia feruntur, præfertim externa, qualia ab ipfo initio adhibuiffe videtur CI. REIL; hæc enim præpoſte-

se adhibita repellunt acrem materiam ad interiora; periculosa symptomata; febrem acutam, apoplexiam, aliaque mala producunt; uti illud antea vidimus, eadem ratione, qua variolæ; morbilli, petechiæ, & præcipue erysipelas adstringentibus rudioribus tractatum, similia infausta phænomena producunt.

In erysipelate graviori leniora & blanda adstringentia, refrigerantia, nimiam actionem vasorum mitigantia, non repellunt acrem materiam, sed, abnormi actione vasorum refrenata, resolutionem promövent, & suppurationem vel gangrænam præpediunt. Similiter in nostro morbo, utique convenit in casu hæmorrhagiæ, & ubi maculæ gangrænosæ majores fortiolem sanguinis jacturam creant, leniter hæc partes corroborare & adstringere collutoriis blandis antisepticis & tonicis, uti aceto aqua diluto, decocto lapathi acut., rad. calam. aromat. cum parca aluminis portione; hæc enim ratione simul retardatur hæmorrhagiæ, ipse sub epidermide effusus sanguis a putredine arceatur, & sic absorptio cavetur. — Nec, si hæmorrhagiæ renum, intestinorum vel pulmonum graviore ad sint, hæc absque noxa naturæ committendæ sunt, sed per acida mineralia etiam meracius ingesta, & corticem peruvianum, hic quoque alio scopo indicata, conf. (§. 36). sunt refrenandæ.

Simul autem humores renovandi, & vires corporis blandis nutrientibus & inviscantibus sustentandæ sunt, quibus solutorum humorum restituitur crasis, & vires amissæ restaurantur; hinc juscula carniû macra, decocta seminum cerealium, emulsiones similiaque cum vini rubri generosi vel rhenani parca portione, si res ægri illud admittant, concedi possunt.



## C A P U T I V.

### C A S U S.

Cas. I. Puella tenera sedecim annos nata, nondum menstrua passâ, quadriennio elapso, graviter scarlatina anginosa plectebatur, & morbo ad finem vergente, subito sese exposuit aëri, unde ilico corporis tumore hydropico fuit adsecta. A quo inde tempore pallida semper & debilis remansit. Absque ulla prægressâ causa die xx Febr. Anni 1798 percepit ex ore sanguinem grumofum & nigrum par-